

www.e-rara.ch

De Perfectione Christiana

Tyszkiewicz, Jerzy

Coloniae Agrippinae, Anno M. D. XXVI [d.h. 1626]

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Rw 116

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-58152>

Caput XII. An charitas theologica, iudicio sanctorum patrum, sit perfectio quam inquirimus.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CAPVT XII.

*An Charitas Theologica, iudicio Sancto-
rum Patrum, sit Perfectio quam
inquirimus.*

Constans est & vnanimis sententia
Sanctorum Patrum, perfectionis na-
turam ac substantiam in Charitate The-
ologica consistere. Hoc igitur ex mente
eorundem in præsentia videamus.

Clemens Alexandr. describens 4.
Stromatum, virum simpliciter perfe-
ctum, sic ait: *Qui autem est perfectus prop-
ter Charitatem omnia suffert, omnia su-
stinet, non vt homini placens, sed vt Deo.*
Idem quoq; 7. Strom. dicit, ei compete-
re perfectum esse, qui vsque ad mortem om-
nia ex Charitate sustinet, & martyr ij co-
ronam obtinet. Qui, inquit, cum vera
religione rectè vitam instituerit, maximè
inter homines dignitatem consecutus, nec
sic quidem còperueniet, vt dicatur in car-
ne perfectus, quoniam hanc appellatio-
nem praoccupauit vita finis, eum qui est
martyr ex cognitione, vt perfectum opus
osten-

ostenderet, sanguine per Charitatem ex
 cognitione profectum benignè donato e-
 mittens spiritum; beatus autem hic fue-
 rit ut iure perfectus vocetur, ut sublimitas
 potestatis Dei sit, & non ex nobis, ut
 dicit Apostolus, 2. Cor. 4. Idem docet
 S. Aug. de Verb. Apost. term. 17. Non
 vult, inquit, Ecclesia, ut pro Martyribus
 oretur. Certarunt enim illi contra pecca-
 tum vsque ad sanguinem. Quibusdam
 vero adhuc imperfectis, & tamen ex par-
 te iustificatis ad Hebr. 12. dicit Aposto-
 lus. nondum enim vsque ad sanguinem pug-
 nastis, aduersus peccatum pugnantes. Si
 ergo illi nondum vsque ad sanguinem, pro-
 cui dubio aliqui vsque ad sanguinem. qui
 vsque ad sanguinem? utique S. Marty. es,
 de quibus lectio S. Iacobi Apostoli, c. 1. Om-
 ne gaudium existimate fratres mei, cum
 intentiones varias incideritis: perfectio
 iam dicitur, qui etiam possunt dicere ex
 Psal. 25. Proba me Domine & tenta me.
 Scientes, inquit, quia tribulatio patienti-
 am operatur, patientia autem opus perfe-
 ctum habet. quid addi potest ut opus perfe-
 ctum habeatur? Hæc ille hic, & lib. 2. de
 doct. Chri. c. 22. sic ait: Tunc optimus est

homo, id est, perfectus absolute, cum tota
 vita sua pergit incommutabilem vitam,
 & toto affectu inheret illi. Certum autem
 est, nos adherere toto affectu Deo, per
 Charitatem Theologicam. Si enim qui-
 libet amor, ut docet D. Hieronymus apud
 D. Dionysium l. de diu. nom. c. 4. p. 2. est
 virtus unitiua, quanto magis charitas
 Theologica? *Quid namque tenacius hoc
 glutine,* inquit S. Bernard. serm. 79. in
 Cant. Charitatem intelligens, quod nec
 aquis eluitur, nec ventis dissoluitur, nec
 scinditur gladijs. Denique aqua multa non
 potuerunt extinguere Charitatem. Idem
 docet Richardus de gradibus Charita-
 tis, c. 50. & ipse D. Augustinus l. 8. de
 Trinit. c. 10. *Amor est quasi vincula qua-
 dam duo aliqua copulans, amantem scilicet
 & quod amatur.* Item secundum
 eundem, amor est gluten, nam ubi nos
 legimus Psal. 62. Adhaesit anima mea
 post te, S. Augustinus legit, agglutinata
 est anima mea tibi, ex quo probat, Cha-
 ritatem esse gluten, quo unimur Deo &
 proximis. D. Chrysostomus l. de incom-
 prehensibili Dei natura, hom. 1. propte-
 rea vocat Charitatem bonorum omni-

nam radicem & parentem. Denique D. Thomas l. de perfect. vitæ spirit. c. 20. expressè sic habet. *Primum igitur & principaliter consistit spiritualis vitæ perfectio in dilectione Dei, secundo in proximi dilectione.* Alia Patrum testimonia circa hanc rem seq. cap. adferemus.

C A P V T XIII.

Non constituunt Sancti Patres integram perfectionis essentiam in Charitate Theologica nudè & absolutè sumpta.

CERTUM est Sanctos Patres, cùm perfectionis essentiam in Charitate cõstituunt, non intelligere hoc de Charitate Theologica nudè & absolutè sumpta. Primò: quia ipsi iustos etiam, qui tales sine Charitate Theologica esse non possunt, iuxta eorundem sententiam, incitant ad perfectionem consequendam: deinde, quia aliqui eorum, qui ex professo aliquid de perfectione scripserunt, clarissimè testantur, eam non in